Incunabula 53

Theologia liturgica

de missa.

brosz. 4

Hassia.

Henrici de Hassia: Secreta sacerdotum.

Impressum Liptzk p. Melch. Lotter. 1499.

Hain Repert. bibl. N. 8387.

Secreta sacerdotū magistri Heinrici de Hassia.:

Incipiūt secreta sacerdotum Magistri Heinrici de Hassia Que sibi placent vel displicent in missa ꝛc̄. Per egregium sacre Theologie ꝛ iuris Canonici doctorē Magistrum Michaelem Lochmeyer correcta et in hanc formam redacta.

Acerdotes plures circa offi-

cium misse aliter ꝓcederēt ꝛ si aliter docuissent. ideo nō est eis amputādum· quia a suis manualibus minime didicerunt. Unde ꝑ ordinē scribam quosdā modos quos vidi mihi displicentes nolens ex hoc dicere ꝙ meus modus sit melior ꝑ ceteris. sed vt duabus vijs: hanc que magis placet lector huius cartule gradiatur. habent illi em̄ ex instructiōe manualium. ceteri vero quod laudabilius est ex vera ratione.

Solēt quidam dicta confessione ante altaria genua flectere dicēdo collectā pro peccatis. ꝛ merito in aspectu huiusmodi ꝓ incitanda deuotiōe circumstantiū genuū flexiones faciūt. qui anteꝙ altare accedūt nullas vel paucas pro incitamēto proprie deuotionis fecerūt. sicq̄ ꝙ proprie vtilitati subripiūt aliorū edificationi tradere cōsueuerunt. vnde ergo faciūt sed forte melius facerent si se ꝛ alios ad deuotionē prepararēt. Sꝫ diceres. Tēpus non vacat. ꝛ si vacaret orare tedet Uerum est quandoq̄ nō vacat longum. vacabit aūt correptū Nescis quantā virtutē quinq̄ verba publicani habuerūt scꝫ Deus propicius esto mihi peccatori. Item si tedio occuparis non ideo ante accessum altaris orare ꝑtermittas. quia sepe tediosis labijs. cogitatiōibus dissipatis. affectibus instigatis incipit qđ multiplici deuotione terminatur. Sicut em̄ ex motu corpus incalescit sic exercitatus spiritus deuotiōibus inardescit.

Tuam crucem adoramus.

Si accedentes ad altare crucē digito factam osculātur. et bona est hec ostensio cuius signi osculati ab hac hora recordantur Nam etsi hoc faciunt tunc in omnibus subsequentibus actibus disciplinatiores erunt.

Qua hora calix sit preparandus.

Non est nimiū sollicitandū veruntamē illud est fatendū ꝙ qui patenā ante ꝑparationē sup ipm calicē ponūt aliquādo negligentiā incurrūt. vicꝫ ꝓcedētes anteꝙ infundunt: quia calicem ꝑparatum credunt quē vacuū inueniūt. Circa quod bona est cautela vt aū ꝑparationē ad latus calicis ponat̄ patena ꝛc.

Ut non retrospiciat sacerdos.

Cōsueuerunt nonnulli multociens infra missam sine causa retrospicere. ꝛ nisi magna esset necessitas non puto faciendum

vt vertāt occiput altari vbi tota intētio sua debeat versari &c.

Quod sacerdos non confabuletur aliis in missa sine necessitate.

Nonnulli etiam psonis offerētibus confabulantur sine necessitate quod etiā reputo illicitū. quia nondū sermonem finierunt quē domino dominorū inceperunt. Rogo te quid loqueris cū lasciuis & pollutis. cui est sermo ad deum seriosus. nō ppendēs dominātis serium quem si puro corde in hostiam futuram crederes pculdubio aduentum eius seriosa facie expectares. An credunt tales q tempus deficiet quibus semper est diei plixitas: vt labia sua in verbis exercitent pudibundis. Obsecro si non times deum omnia speculantem saltē ab hoste circūstante ribaldo gestus tuos per singula deridentem time. Si non est deuotum cor. sit tamen deuota conuersatio: quia non est magnū q te occidas vni per confessionem altera die resurgere speras quod tamen disputabile est. sed maximum est occidere circumstantes non enim ille venerunt vt mortem quā malo exemplo infers quererent. sed vt vitam quam conficis inuenirent &c.

Ad hec quorundam responsio non

est praua sed bona. Naz dicunt nolo simulare velut phariseus Ad hoc dupliciter respōdeo. Primo q melior est simulatio edificans q publicatio deuastans. Cadit phariseus celata iniqtate. Edificatur populus visa pietate. Publicanus vero seipm perimit. insuper mores aliorū corrūpit de seipso penitet p pluribus. phariseus luat. publicanus resurgat. vnus citius. quia vn' erigit multos Dicūt forte cecidit in tēplo phariseus. iustificatus est publicanus. Audi q longe sibi distant publicanus sacerdos & laycus publicanus. Ex peccato layci pauci cadūt qualis forte erat ille quem euangelium cōmemorat. Sz ex dissolutione sacerdotum plures scandalisati sunt dum normā viuēdi in illis querunt. quibus dictum est. Vos estis lux mūdi: & dum in illis lasciuum opus inueniunt mox occasionem peccandi accipiunt. itaq subiungunt. multa nobis dicunt sed nulla faciūt quare si ea q laudāt in scripturis cernerent vtiq disciplinatiores essent. Et si talia quottidie cogitātes facere non formidant per quam regulam tu illorum doctrinam imitaris &c. Aliter respondeo q nō est simulatio q bonū instruit. Sed hoc potiusq seducere intendit amicoz dei est ab intimis ad exteriora gestus

deducere: peccatorum vero ab exterioribus incipere. et postea interiora cordis transmeare. Si ergo in exteriore conuersatione sancta incipere volueris rarissime ad intrinsecum thesaurum cordis gradieris. Cum enim homo membra exteriora ad cultū diuinum exhibet. mox surgit noua deuotio quam prius non nouit anteq̄ accidiosa membra ad sanctam ostensionē stimularet. Cassatur vtputo in multis mentibus exercitiū vbi nō prius in exterioribus exhibitionibus est cor vsitatū &c.

Consuetudines que fiunt in multis ecclesijs post symbolum.

Consuetum est in multis ecclesijs vt infra missam post symbolum sermocionatur. Idcirco a sacerdotibus quibusdam tunc missam illam celebrantibus vidi consuetudinē vt de altari ad sacristā vel ad dotem transierūt qđ forte rephēsibile est. vt nisi fieret causa notabilis necessitatis vicz q̄ confiteretur vel horas compleret vel confessionem alijs absentibus audiret vel nature subsidium quereret vel aliam legittimam causam haberet.

Aliqui habent occasionem vt tempore pruinali se calefaciunt. nō est illa causa sufficiens. quia hoc tempus bene expectāt vestiti duplicibus quod nudatus suffert ante fores ecclesie mendicus.

Alti dicentes. Dominus vobiscum vertentes se ad populum non expectant versi donec compleant verba hij forte verecūdantur qui faciūt. hoc non laudo. quia qui vult alios salutare non debet auertere faciem. donec salutationis compleuit sermonem: vt si vulgus respicit sibi in faciem respiciat ipse intrinsecus saluatorem. lasciuit inspicientis populi oculus. inspecti sacerdotis visus. sit pudicus nō spargat in hoc loco visum ad spectacula qui vtiq₃ nescit redire cordis sine macula deuotionem.

Vt manus complicentur lecto euāgelio.

Dum legitur euangelium domini deuote manus modice extense debent complicari. Idem sacerdos faciat dyaconum peragere quando eum legentem habeat.

Suscipe sancta trinitas.

In hac parte quidam alte vltra caput solent calicez eleuare quod a magis sapientibus ideo vitatur ne ydolatriam cõmittant. Cum enim simplices retrostantes tam reuerenter in altum leuatū calicem respiciunt mox incitati nõ adorandū adorabunt. sufficit in ea opinione vt leuetur in altitudinem oculorū celebrantis. Deposita hostia quidam solent eam signo crucis consignare. sed eam signandam non estimo nisi velut in sacro canone inuenio.

In lectione secretorum.

Manus deuotissime circa pectus applicentur vt a corde exire videatur quicquid hijs sacratis verbis supplicat Insup post lectionẽ secretorū ante inceptionem prefationis locandus est liber taliter vt nõ sit necessarium ab hoc tẽpore vsqz ad cõmunionem aliter locari.

Veruncqz videtur vt in cantu p̄fatiõis presbyteri plusq̄ in alijs locis confundunt quod nimis alte incipiunt Et astutus est diabolus q̄ forte eos deuote gloriari in hoc tẽpore temptat. vt in voce ꝛ deuotiõe cõfundat⁹ Nam dum se in voce confusos cernunt deuotionez in officio canonis habere non possunt. Incipiant igitur vt possint perficere cogitatões Juxta illud. Non clamor. sed amor cantat in aure dei.

Post sanctus ꝛ lotionem digitorum vtile est vt tempore pruinali manus officiãtes bene calefaciãt. vt sacramentū sine negligẽtia tractare valeant. Quibusdã aūt suggessit aliquãdo sathanas vt ad laudẽ dei ꝛ remissionẽ suoꝝ criminū hoc modicū tempus nõ calefaciendo manus frigus sustinerent. ꝛ dum acquiescerẽt suggestioni volẽtes sic pati gelu vt agerent penitentiã incurrerunt negligentiam vt nec possint signare nec hostiam manibus vt assolet tractare sic ergo q̄ penitere voluerūt scandalū circūstantibus fecerūt ꝛ mutata est penitẽtia in pctm̄. hoc ergo voluit ars dyabolica q̄ duxit sacerdotẽ nõ calefacere man⁹ vt scz staret frigore cõfusus ꝛ staret scandalisatus. Qui ergo tempe oportuno carbones spernit mox cõpulsus frigore inoportune circa eleuationẽ ignem postulauit.

Te igitur clementissime pater.

Hi quidam solent caput quasi super altare ponere inclinando. qđ nõ solum reputo supfluū. immo dico q̧ est in-

cantū. Sit illis ergo modestia membroꝝ inclinatio. ꝛ maxīa mē tis hūiliatio. Et eūdē modū tenēt aliq̄ circa hūc passum. Hāc igiť oblationē. Dico ergo q̄ nunq̄ est caput supponēdū altari. nisi cōtingat osculari: vt ibi. Ex hac altaris participatione.

Quid aūt dicendū est de nimiū festinātibus vel tardātib⁹ in canone. Hanc questionē discutit prouerbiū Modus est pulcerrima virtus. Puto tñ q̄ hoc magis vsus doceat q̄ volūtas: q2 quidā volūt esse hodie festinātes cras tardiores. ꝛ dū volūt habere verū modū nequeunt Quid ergo corrigim⁹ in homine qui ad tantū ꝑduxit habitū vt nequeat oppositū exercere. Estimo si quis te veliloquum vel motiloquū subito fieri iuberet. verba tua potius cōfunderet q̄ҙ ornaret. siľiter quoqҙ motiloquo accideret. Eatenus sermōis velocitatē pluribus natura cōplātauit. quibusdā cōsuetudo maritauit. si male ꝯsueuisti poterꝭ alterari: licet difficulter. sic nature qualitas mediāte exercitio licet difficile trāsmutať. Unde phūs dixisse scribiť scđo phisicoꝝ. Cōsuetudo alterat naturā Si veliloqu⁹ cū attentiōe ꝓfert verba canonis. nō est dignus nota reprehēsionis. vidi tardos in canone circūstantiū anios in commotionem ꝓuocare. Sed hoc nō terreat vt ideo velotius legat: quia nō respōdebit pro circūstantis cōmotione. sed ꝓ suorū v̄borū forte corruptiōe teneť presbyter vt in officio incepto ꝓcedat. sed nō vt velocius legat. ne circūstātes tediosos cōmoueat q̄re eleuationē expectat. Missum est ꝓ sacerdote vt celebret sed q̄s misit ꝓ accidioso layco vt attendat. Tempus longū credit dū missam audit. qđ esset breuissimū dū stādo occuparet forū. hūc quoqҙ tedet chori sed nō fori. ꝛ ex quo tāta vehementia officio abesse querit quare ecclesiā apertā nō ꝯsiderat. retinet illū ne exeat timor populi quare nō poti⁹ amor dñi q2 nunq̄ renet sus est ad cor vt disceret q̄d amat. ꝛ qđ si sciret vtiqҙ sine tedio expectaret. Procedite ergo pij sacerdotes dei velut vos doceat cōscientia. nō curantes quid loquantur inimici clericorū. Nā etsi oībus placere conabimini nouissime placuisse nulli. Quid ꝓdest mūdo fallenti placere ꝛ deo sapiēti displicere. Si quis p̄miū vtriusqҙ scҙ dei ꝛ mūdi serioso circuitu pensaret vtiqҙ malis displicere nullatenus formidaret.

Qualiter signa crucis fieri debeant

Signant quidā manu integra nescientes mysteriū quod index. i. prudētia. et medius. i. iusticia in hoc tempe cōsignabūt. Habeat eñ sacerdos in hoc loco prudētiā malum occurrēs vitandi. ꝛ bonū eligēs iuste oparandi. Uel hij duo

digiti signāt vt sacerdos sacramētū qđ tractat vel tractatur⁹ est ꝓdest ad vtriusq̧ hominis salutē. Vel hoc signāt duo digiti ꝙ confiteatur sacerdos in fide ibi esse duplicē naturā in sacramēto scȝ deitatis ⁊ hūanitatis. vel ideo qꝛ sacramētū sub duplici specie cōsecraṫ. quare duob⁹ digitis consignaṫ. ⁊ qui nesciunt mysteriū cōmunē imitenṫ modū vicȝ vt duobus digitis consignent. paucos em̄ intelligentes vidi manu integra ꝯsignare ⁊c.

Quidam signando breues vt sic loquar cruces faciunt: ita etiam vt non possint videri si crucis sint figure an circuli mouent em̄ digitos vt brachiū vix moueri videatur Hoc aūt non laudo quia qua intentione hoc faciūt ignoro. vellem tamen vt crucis figurā facere nō erubescerēt digitis. Cui⁹ figure pondus in dorso cernunt saluatoris. quod et illis dicendum est qui ita signāt quasi manu plauderent.

Quidā etiā longa signa faciunt. hec ꝗuis sint bona qꝛ manifesta. nō tn̄ sunt secura: qꝛ ꝑ brachij extensionem dependēs albe manica faciliter pararet calicis euersionē. Sufficit ergo vt signa includāt vtriusq̧ speciei sacramētū. Velocia signa fieri qdā reputāt subtilitatē. ego aūt estimo aīī leuitatē. Quāuis em̄ certa ṽba sint circa signoꝝ ꝓtractiōeȝ tn̄ ṽba sint moderata. Verbi grā. Hec dona. hec mūera. hec sctā sacrificia illibata vt intueri possit mens intēta q̄ sit ṽboꝝ efficacia. Ediceres forte ꝯsuetus suȝ signare velociṫ. idcirco dilectiōis velocitatē ꝑus dixisti nō possuȝ vitare. Rn̄deo nō est sile: qꝛ poteris ꝑcipere manu signāti. sed nō taȝ comodose poteris ꝑcipere ore loquēti ꝗuis nesciat manū circūducere agitātē morosius ad libitū Sȝ si angarianṫ morose loq̄ntes ad festinādū agāt vt q̄sq̄s velox est. Verba prorogent vt vterq̧ fabricet sermonē ꝑfectū.

Fiat dilectissimi filij tui.

Si plures compositas manus tamdiu et cum notabili mora vltra caput tenent. vt credantur ab istis de longe stantibus eleuare. Nam visum est post tale signū hoīes recedere tāꝗ corpus diuinū esset eleuatū. Et de hac causa forte bonum esset vt nunꝗ in aliquo signo manus extenderēt vltra caput preter in sacri corporis eleuatione.

Qui pridie.

Si quidam oblatam accepturi reuerentiam inclinationis cum manuū compositione faciunt. quod non est faciendum nisi confecto sacramento. quotiens enim post eleuationem tolletur totiens reuerenter inclinetur.

Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas.

Vbi quidam oblatam pollicibus tegunt vt tertia velata vix due partes videri possunt. Et habent causam scz vt firmiter teneant hostiam. sed si decimam partem manciparent: satis secure et absq casu eleuarent.

Hoc est enim corpus meum.

Vbi solent quidam os prope hostiam ponere consecrandã tanq̃ se nõ credant conficere nisi hostiã anhelitu afflent valde tales errant vt illum anhelitum fetidum forte putant cõficere quod est mysteriũ diuinoꝝ verborũ de labijs pijssimi hiesu progressorum dicite si virtutem verbis ascribitis ad quid ergo anhelitũ hostie aspiratis. credo vt saltem in modica capitis inclinatione cõsecrationẽ fieri sufficiat. Verba consecratiõis ab aliquibus cũ longa interceptione silencij ꝓferunt. hij pariter errãt. cũ ꝯstructibile a cõstructibili diuidãt. Si ergo cõstructionẽ indebite ferãt. nec sub forma sermõis verba fabricãt. Quis me sane intelligit si nũc dictionẽ profero. per horã secundã dicẽdo ⁊ sic deinceps. Deus q̇ om̃ia intelligit ⁊ illos intelligit: nam et ipsi ꝯficiunt licet sine discretione verba consecrationis sine silentij interceptiõe. cum summa intentione. cum vno anhelitu indistanter sunt ꝓferẽda. et sic hic optime recordaberis similitudinem. Diuise sunt persone deitatis. quia non est pater filius nec filius spũssanctus. nec ecõtra. Sed indiuisa est essentia vnitatis. nempe singule ꝑsone simul sunt. Sz in hijs v̇bis est diuisio suppositorũ: q̇a non est illud pronomen hoc ly meum nec ly corpus. Sed non est diuisio vnitatis in effectu quia nullum predictorũ verborũ debet abesse in panis transsubstantiatiõe. licet sit dubiũ vtrũ ly hoc demõstret corp⁹ xp̃i. Hoc aũt ad ꝓpositũ non ꝑtinet disputare. Sed vt concludã intentum volo dicere q̃ sicut nulla dictio scdm statuta eccl'ie debet abesse vt sacerdos cõficiat. sic nullũ ab alia dictõe diuidat. Et dico sine causa: quia aliqui sacerdotes ex causa terrent̃ hora ꝯfectiõis. vt vicz. Si lumen cadat. vel si aliq̇s circa altare insaniat. Et si tũc ex terrore interrũpit nõ ideo peccat. Nec assero incipiẽtes peccare. sz dico illos sine discretiõe ꝓnũciare. Tertio dixi. Quia singule ꝑsone simul sunt. Ita recordare q̃ hee dictões sunt sil' proferende.

vno anhelitu. nisi sicut dictū est de interpretatiōe verboꝝ cum ex causa occurrit impedimentū tunc intercipere anhelitum.

Aliqui in ꝓlatione verborū cū quibus conficitur cruces ore faciunt ⁊ oīm p̄dictoꝝ puerilioꝛes existunt. quia hostiā quā manus bn̄dixit. quid ad hoc restat ꝙ ab ore benedicat. cuius benedictionis nulla penitus ratio assignat. q̄ si assignaretur tamen irrationalis videretur. Satis est ad deuotionis ⁊ cōsecratiōis effectum vt verbis simpliciter ⁊ discrete prolatus. sicut dictū est dum corpus dominicum consecratur.

Qualiter hostia debet eleuari.

Mirabilior modus omībus p̄dictis est ꝙ aliqui tres eleuationes faciunt. Nam cōsecrationis verba completis hostiā ad altitudinē palme tollunt ⁊ sup altare leuatas manus reponūt ⁊ tunc genua flectunt. ⁊ iterū hostiā sup caput tollunt. ⁊ surgētes a genuflexione sacramentum tertia vice eleuant. parcat mihi illorū reuerentie. taliter ludere cū sacramēto videtur mihi fieri sine sapientia. Cum eni sancti patres vnā eleuationem statuerūt. cur ergo boni sec⁹ faciētes scdam ⁊ tertiā addiderunt.

Plures in eleuatione sacramentū in summo diu tenent hāc pro se habētes causā scz vt populi stātes a longe meli⁹ videāt velut vt accurrētes sacrificium cernāt. Naz ⁊ ipsimet habent modū vt sursum girātibus oculis hostiam respiciūt. Sic autē illi cū circūstantibus si sacramentū oculis fidei ⁊ pure mentis conscientia intus nō cernūt modicū proderit foris qd viderūt Subito ergo eleuata hostia submittat successiue. nō cū impetu vt quidā cōsueuerunt: quia non est deus altior sublimatus. nec depssior sub altari collocatus ꝙ si remote stantes videri delectarentur vtiqꝫ ꝓprius starent. Et si propter multitudinem accedere nō possunt sufficit vt eam credant quem tamen non viderunt. nam tales credentes beati erunt velut. Thome dictū est Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Sed non tacebo de quodam sacerdote qui dum etiam eleuaret hostiam sursum diu tenens aspicere solebat Accidit vna dierū quod celebraturus ante p̄dicauit ⁊ in precedēte tempore per aliquot dies ieiunus caput debilitauit. Dum aūt more solito in eleuatiōe sua erecta facie hostiam diutius inspiceret vertiginē sensit in capite ⁊ incepit facillare quasi velit cadere. Tali ergo percussus terrore amplius dum officiaret in eleuatiōe sacramentum non aspexit sursum. sed eundē deū quē manib⁹ eleuauit hoc tempore in mēte portauit. Nolo autē credas me velle dicere ꝙ eleuantez sursum respicere ꝓhibitum sit. sed dico quod non sit necessarium

Exemplum.

et velut exemplo ꝑsuasi qđ est incautū ex natura debiles sursuz respicere ne ad casum inclinent. Itē aliq̄ in eleuatiōe vertūt hostiam hinc ⁊ inde ⁊ forte hāc habēt opinionē ꝙ illi q̄ retro altare directe stant solū videant. Et ꝙ illi q̄ ad latera altaris stant nisi sacramētum versum esset ꝓpter acumen ⁊ tenuitatē hostie non viderēt. sed hoc nō est necessarium: q2 in hoc casu nō visuz in quibusdā hoīb9 maiorē generat fructū. Cuius probationē ex multis accipies. Solēt homines quidaz tristari quando nō viderunt corpus christi dolent diem integrum et placidior est dño dolor ꝓpter se nō vidisse ꝙ vidisse ⁊ in mēte non meminisse. Vñ multi sunt q̄ postꝙ corpus sctīū viderunt ad tabernā currunt q̄ nisi vidissent in ecclesia ꝑmansissent. Preterea ab aliq̄b9 hoīb9 est consuetudo vt ea die qua sacramentū corporis xp̄i non vident carnes vitant. si autem viderunt carnes comedūt Si ergo tales in casu dicto corpus dominicū non cernerēt. crapulā vitarent. quod vtiq3 satis salubre esset. Preterea qui in vna missa non viderunt aliam expectant quā forte nō expectarent. nisi videre neglexissent. ꝓpterea non posse videre sacrum corpus in eleuatione ad suiipsius cognitionem deducit per talē modum vt si homo cogitat. Tu vilis homo nō es dign9 vt vidisses sacrum corpus eleuatū ꝓpter enormitatē peccatoꝝ tuoꝝ ⁊ sic forte cum dauid Qui se indignum altitudinem celi videre censuit. vitā protinus emēdabit. S3 nemo me in hijs que dicta sunt capiat. Quasi vellem dicere ꝙ sacrū corpus xp̄i sit circumstantibus occultādum quod in conspectu hominū extat reuerenter eleuatū. hoc eñi dicere nolo sed illas versiones et lōgas eleuationes sup̄fluas reputo nō debere fieri prout ratio capit.

Solent quidaz in eleuatione vltimos sex digitos extēdere ne hostia a parte post videri poterit: hoc ideo forte bonuz esset quia per hunc modum compellunt homines aliqui ante altare stare qui alias retro altare remanerent. Si aūt multitudo erit hominum vt non vniuersi habeant locum ante altare possunt reflecti digiti vt retro stantibus nō sit impedimentū visionis.

Qualiter hostia eleuata dz locari.

Hostia locanda est ante calicem circa spaciū quattuor digitorū. qui propius ponunt quotiens eaz ad signa eleuaturi sunt totiens euersiones calicis formident. Qui aūt remote ad dexterā partem altaris locare ꝯsueuerunt. forte alij cū casula vel manica tetigerunt vel tangere timent.

Qualiter et quomodo calix debet

benedici et leuari.

Quidam benedicentes calicem dextera manu: cū sinistra eū in momento būdictionis tenent totaliter eleuatū ab altari: sed alij solū sinistra manu contingunt non eleuantes duz illum dextera benedicūt. Hij duo modi sunt ambo rōnabiles. Primus quidem calicem tenēdo in manu benedicit. ideo sic conficit q̄a sic verba sonant quasi dominus iesus instituens sic in manu tenens calicem būdixerit: quez modus primus imitatur. Scd̄us modus etiam rationalis est scz qui contingit calicem ambabus manibus post hoc benedicēs stantem cum altera manu ab altari penitus eleuando. hoc fit ꝓpter cautelā ne ꝓpter calicis grauitatem vna tenens manu incurrat negligentiam: quia in hac hora sunt aliqui taz timidi ꝙ vix ambabus manib' caute tenēt ꝙ extra tp̄us officij digito subleuarēt. volūt ergo tales tutius calicem stantem benedicere quā negligēter damnum incitare. Necq̧ etiā euangelium vtputo determinauit. vtrum calix steterit vel eleuatus fuerit quē dn̄s būdixit. Eleuant quidaz calicem fere sicut hostiā in altitudinem. sed hoc puto supstitiosum quia q̄uis alte tollant nihilominus non videtur sacramentuz sufficit ergo vt ad altitudinem tollatur oculorum.

Supplices te rogamus omnipotens deus.

In hac parte quidaz facie ⁊ complicatis manibus ad dexteram partem altaris inclinantes se vertunt sed magis laudo ꝙ manus ad partem complicentur. ex transuerso p modū crucis.

Qualiter memoria mortuorū fieri debeat.

In memoria mortuorū quidā manus ante faciē tollūt sicut solent facere in memoria viuorū. Credo nō licere ꝓpter pn̄tiam sacramenti. in cuius aspectu nō est facies officiantis manibus occultanda. Cōuenientius ergo ⁊ reuerentius opinor vt in memoria sic procedatꝛ mortuoꝝ. scz vt dextera manus ad dexteram partem corporalis: ⁊ sinistra ad sinistram collocetur. ⁊ sacramētum deuotissime inspiciatꝛ. ita vt facies non veletur. Vidi habētem hunc modū vt dum memoriā vtranq̧ perageret sine intermissione tanq̄ iudeus iudeisans caput contra altare mouebat et intellexi ꝙ tociens inclinauit quot personas quorum memo-

Exemplum

riam agebat motu capitis insolenter memorauit. et hoc quasi stolidum credo: quia numerat actus rationis qui absq; motu capitis fieri debent. illū tamē quatinus dimitteret docere presumpsi. quia in hoc tempore presbyter non fui.

Per ipsum et cum ipso.

Ubi quidā cruces longas solent facere habentes causam pro se: vt hostia a circūstantibus videat. sed nō est necessariū propter illa q̄ dixi: nā idō prius est eleuata: vt nō sit amplius ostendēda

Omnis honor et gloria.

Ubi iterū aliqui vltra calicem hostiam eleuant moti causa ex eadē quibus sicut ceteris dicendū est. Si placuisset ecclesie duas eleuatiōes instituere absq; adminiculo subsequentium statuisset. Sancti patres quidā fuerunt q̄ ex doctrina spiritussancti officium misse statuerunt quibus placuit eleuatio vna que apud quosdam sacerdotes geminatur.

Et ab omni perturbatione.

Ubi quibusdam non sufficit signatio oculorum & osculū pacis & vnum signum crucis quod fit cum patena ante faciē: sed etiā signāt pectus & vētrem. etiam melius esset vt signarēt mētem. Nam quid est q̄ extrinsice multa signa faciunt si mentem a vicijs nō purgāt. idipm vt dicit Augusti. vt latrones faciūt volentes rapere circa crucē digitos ponunt crucis in faciem ne per iudicem comprehendantur. Omīa bona sunt sed nō omīa bene fiunt. Nouissime quidam etiam cum patena versus faciē sunt ventilantes quāuis ex calore non sunt amentes. hoc etiā non est cautum facere: quia posset seipsum presbyter in faciem iacere quia labilis est patena &c.

Qualiter corpus christi et sanguis in missa sumi debeāt.

Quales gestus circa tēpus sumptiōis sunt habendi hoc carta taceat & deuotio doceat. quale etiā sit habendum cū illo colloquiū qui cordis subiturus est domū. requirit spiritū deuotū nō est tunc longa pausa cogitatiōis. vt cogitetur quis sit qui accipitur. quantus sit qui adesse creditur. qualis sit qui gustat. ad hec cogitanda non sufficit totius tēporis circulus. & si tempus sufficeret: nō sufficeret sed deficeret intellectus. Sint ergo vba

Breuis sed nimis deuota Oratio

breuia quatenus cogitētur per singula. Ihiesu fili dei miserere mei. Si hoc puro corde dixeris. non est modicum quod dixisti. in hijs quinqȝ verbis totum quod ad salutem pertinet inueniť. Quinqȝ sunt verba et tamen expositiōe indigēt diuina non enī potest cartula capere qua indigerēt expositiōe. nec potest mēs sapere ꝙ plena sint vbertate. nō inueniť bonitatis fundus vbi nominatur hoc nomen hiesus. Hunc inuocas. hunc accipis. hunc hospitas. considera quomodo viuas. nō est paruū negocium tanto tempore domino parare hospitium.

Quidam sacerdos anteꝙ cōmunicaret et oratiōes diceret stans inclinatus ad sacramentū. ponens pedem supra pedem. ⁊ dum ab eo causa illius requirebatur. dixit ꝙ dominū hiesuȝ sic stetisse in cruce recordetur. Et quare nō potius perpēdebat. ꝙ dominus hiesus hoc sacramentū instituēs in mensa recte sedebat. Sȝ non fuit illius reprehensibilis ratio ꝙuis statio sit incauta. Et facili sic eum stātem canis qui a circumstantibus agitaretur ad casum promoueret.

Aliqui accipientes calicem. sumpturi sanguinē prius calicem in figurā crucis circūducūt anteꝙ accipiūt sacramētū. Nō est hoc necessariū: qr plenitudo benedictiōis infusa est. Etiā ꝑ hunc motū calicis tertia pars hostie intincta de loco anteriori cadit. vt nō ita comodose ⁊ secure sumere possit sicut forsan acciperetur si calix non moueretur. sufficit ergo vt simpliciter et cum morositate accipiatur.

Aliqui post primā sumptionem multociens lambūt. sed puto vt satis sit bis sumere. Et si quid speciei vere ibi remanserit ad ablutionem reseruetur.

Post sumptionē calicis alte quidā leuant calicem euacuatū et hoc modo blasphemantes rustici hoc ꝓuerbiū receperunt. Nunc primo partē deo exhibet cum calicem euacuatum habet. Idcirco videtur mihi sufficere calicē in altitudinem moderate tenere. sic ꝙ illa q̄ ad hūc locū ꝑtinent v̈ba possint ꝓnunciari.

Quibusdā est modus post ablutionem digitos lambere. aures oculos. ceteraqȝ membra delinire. hee sunt ostētationes pueriles. ꝙuis viderim eas facere sapientes. quia has forte illis nō discretio sed vsus contulit.

Accepta ablutione quidā ad ora ⁊ oculos puerorū vel vetularum astantium liniunt aspergūt. hoc nō laudo. nam species sacramenti quātūcunqȝ modica ex casu digitis adherens posset ori ⁊ oculis misceri. vt aūt eorum desiderio presbyter satisfaciat. madefacto medio digito in vino currente de ampulla liniantur et aspergantur.

Lauant q̄dam post ablutiōis sumptionē cū conatu calicē cū tn̄ nulli sacramenti in eo videāt speciē. Sit illis labor moderatior calicis. ⁊ maior cordis: nā q̄ intus qđ cordis est lauit. exteriora satis mundauit Cū tanto enī conatu digitos in calice lauerūt ꝙ q̄dā astātibus cōmunicaturis nauseā fecerīt

Qualiter missa cum complenda debet concludi.

N salutatione cōplēde aliq̄ vertētes se ad populū erecta fronte vagisq̧ oculis discurrentib⁹ astantes intuent̄ in q̄ nō aliud inuenio nisi geste rei obliuionē ⁊ cogitationū deuotarū dissipationē. quos difficulter stabilire potes oculos autem facilime in hoc tempore firmare valebis.

Onsuetudo est apud plures vt diuitib⁹ astantib⁹ finita missa sup̱ faciē corpale ponūt. hoc q̄uis nō noceat tamē astātib⁹ paup̱ib⁹ scādalisant̄. Ubi aūt cōpetenter vitari posset laudabile esset. q̄r est scriptū. Coram ceco nō ponas offendiculū. Ipi enī paup̱es suspicant̄ quasi non sint digni huius exhibitiōis vel ꝯsimilis. Si aūt sapienter pensarent. q̄r quos mūdus despicit hos dn̄s ocl'is misericordie respicit. de huiusmodi nō suspicarent̄. Uentilatio post missam cum corporali ad oculos circūstantiū est ex ꝯsuetudine antiqua. Sed nescio si sit bona in se. forte est p̱ accidēs nociua. per eā enī destruunt̄ bona corporalia ⁊ fit populi p̄ssura. ita ꝙ aliq̄n retrostantes p̄munt anteastantes Unde q̄nq̧ sunt in strepitu clamātes ⁊ fiūt impaciētes. Un̄ notandū est ꝙ in multis experiētijs hoc rep̱it̄ ꝙ semp̱ vanitas deuotioni p̄miscet̄ Nā forte signat hec vētilatio apud vulgares vt ipi sicut sacerdos ipe misse p̱ticipes fiūt. ⁊ cū deuotione spūaliter sacramentū suscipiūt. Sȝ dū alij cū impetu occurrūt astātes casu ledūt deuotōeȝ in indignatiōeȝ ꝯuertūt vel nō lesi in risum ꝓuocabunt̄ p̱cussi corpali. sic qđ deuotiōe est iniciatū erit vanitate terminatū. atȝ cū semine deuotiōis exurgit zizania vanitat̄ ⁊c̄. Cui sil'e est qđ in fine nouaꝝ missaꝝ inoleuit. vt noui tyrones de altari trāseūtes. occurrētib⁹ man⁹ supponūt p̱ticipatiōeȝ orōnū designātes. vulg⁹ aūt plus de corpalib⁹ gaudens comodis dicit hanc ostentationem fieri vel valere capitis pro dolore. Sic ergo vniuersi caput sanum optantes premunt et viam sacerdotis prepediunt vt illum transire vel abire non permittant Stat ergo compulsus in medio. clamor oritur in populo. ⁊ forte peregrinantiū causat̄ ibidem lesio. ⁊ amētiuȝ aggrauatio ac toti⁹ caterne ꝯfusio. Ecce quō deuot⁹ popolus fact⁹ est vanitat̄ lud⁹. Quid dicem⁹ Nec causata ē fides q̄r

credit ꝙ capitis valeat pro dolore. qđ fit mētis ꝓ salute. Ledit sacerdos q2 nō potest abire detētus. corrūpit̃ ecclesiastica disciplina. q2 clamāt q̄ silere deberēt. Prope est periculū. q2 ꝑsonarū oppressarū debilis est conditio. Ordo peruertit̃. quia q̄ regere deberent reguntur. bonum esset opinione mea ꝙ hec et consimiles consuetudines cassarentur. ne tot mala sequerentur.

Etiam tacere nequeo quia conscientia me ad hoc cogit.

Vidi quosdam sacerdotes etiā magnatos in solennitatib⁹ homines offerentes: cum reliquijs signare ⁊ oscula prebere Audiui etiā magnas indulgentias de eisdē ꝓnunciare pro quibus nunq̄ viderunt vel audiuerunt aliquam cartam pape aut dyocesani dicunt esse reliquias alicuius sancti ⁊ forte est os alicui⁹ asini vel damnati. reliquias pronunciant. de euangelio stilū auaritie student. deuotione suijpsius et populi salutem impediūt. debent missam celebrare. ⁊ pro viuis ⁊ defunctis orare. conant̃ populum sibi commissum defraudare. Sic oratio vniuersorū efficitur symon populorum. De alijs taceo ⁊ cōmitto corū conscientie. Si non intelligunt enormitatem talium peccatorum interrogent vt informentur ne vna cum alijs pereant.

Post recessum altaris quid sacerdos facere debeat.

Transituris ad altare omībus cum domino est loquendum Non est visus estimo sacerdos qui non anteq̄ altare accederet aliquas speciales p̄ces domino decantaret. Sed non omnes orātes ad dominū preces fundunt quādo cū sacramētaliter acceperunt. Que aūt et qualis tam magna obliuio est vt absentem inuocamus. nec presentē adoramus. cum deuotione accedimus et recedentes in desolatōe ꝑmanemus. Quid vult hec ꝑuersitas ꝙ futurum formidamus quem presentem non timemus. Dū eñ accedimus futurus est et timetur. Dum autem recedimus presens est et statim vanitas exercetur. O pijssimi domini et fratres scio: quia illud ex malicia nō facitis. sed ex eo solo quod ordinē rei non pensatis. Quis vestrum post missam ad paruulam horam meditationi se nō daret si accepti muneris pensaret dignitatem. Orastis ore accedentes. meditamini corde recedētes Preparamenta vestra dictauerunt patres. incitamenta vestra

dictauerunt pure intentiones. Et si nõ durabit disciplina vestra et ad prandium perseueret saltem ad pauxillum. q̃a plus valet il q̃ omnino nihil. quia largus est dominus qui post paucas maxima consueuit erogare munera.

Exemplum de quodam sacerdote.

Audite quid acciderit in meis partibus sacerdoti q̃ extus post missam genus flexit vna vice ad terram vt breuissimam diceret orationez. qua peracta incepit surgere vt abiret. ⁊ ecce subito cecidit in eũ vna dulcedo spũalis modica. et perseuerauit diutius ne abiret. et tantum accreuit deuotio donec totus in facie lachrymis perfunderet. Demum cum a facie lachryme distillantes ⁊ magne currẽtes anteriores partes vestimẽtorum madidarent iubilantis in manifestos sonos prorumpit leticie. ita vt se ab huiusmodi singultibus nõ valuit cõtinere. Tantum autem anhelantis strepidus inualuit vt circumstãtes eum crederent insanire. qui prius tales in eo gestus nõ viderũt. Postremo aũt sedatis deuotionis vagitibus cepit ꝓcumbens magna mentis dulcedine affici. Sic itaq; in deuotione ludẽs iacuit vt fere lõgus sermo ad populũ in ecclesia cõsumaret. Cũ autẽ remittebatur celestis consolatio surrexit ille deuotus presbyter tanq̃ dulciter dormiuisset. ⁊ accedẽs vt finẽ sermonis audiret. Audiens igitur verba predicantis denuo cũ lachrymis ad dominũ dulciter suspirauit. nam ⁊ sermonis verba deuoto suspirio digna videbant. Erat enim sermo qui habebat in hac die scz Penthecostes de spũsancti habitaculi ꝑparatione: q̃ non deuote suspiraret qui hũc dignum ⁊ commẽdabilẽ hospitem hospitaret. Ipse enim spirat. et ipse est pro quo suspiratur. Tale eñ ab hac dilecti consolatione susceperat signũ vt ab hora sexta vsq; ad horam nonam videbant in facie vestigia lachrymarum. Cum aũt quesiuissem ab illo causam tam tristis faciei non sciens negocium quod ipse habebat. subridens ait. Nolite pater nolite tristiciaz nominare. quia nouã hodie vidi leticiam: quia idem presbyter in mea nunc temporis fuerat cõfessione. nõ tamẽ semper sed in aliquibus casibus. quia in vno opido nõ simul habitabam⁹. Adiuratus ꝑ me cepit quantũ potuit verbis enarrare quod acciderat. Etenim vt ꝓbaui plura in corde retinuit que verbis explicare nõ potuit. tantũ autem

su ficit cognouisse ꝙ humilitas oratiōis recipit: qđ leuitas mē
tis inuenire nō valuit. Post hoc cum eundē presbyterū haberē
requisitum si vnq̄ꝫ prius talē habuisset vel postea recepisset gra
tiam vel consimilē. Respōdit:non. Cui ego. quid ergo pro-
derit tūc recepisse. quo nunc priuaberis. Qui ait. Hec gratia
semel data innumerabiliū graciarum est causa. Hec mihi fidei
est firmitas: spei certitudo. charitatis augmentū. iusticie muni
mentum. ad omnes virtutes incitamentū. Hec mihi fuga vi-
ciorum. Hec mihi in affectiōe solatium. in temptatione suffra
giuz. in casu subleuatio. in angustijs solamē. Quid plura fortis
ero mentis dum illius recordor visiōis. Etenim nimirum quia
quātumcunqꝫ sit modica scintilla celestis gratie que ostēditur
tamē plus allicit ꝙ̄ omnis thesaurus qui a filijs seculi possidet.
Sed heu nō querit quia nō videtur. Videretur aūt si occulus
mentis ab illecebris custodiretur ⁊ mundaretur. non est in cul
pa visibile sed videns. Quid enim magis proximū illius gratia
cuius sumus: per quem sumus. in quo sumus. Cuius nāqꝫ esse
est necesse. sicqꝫ dum tam propinquum non cernimus nos igno
ramus. Quomodo autē adinueniat nescio qui seipsum ignorat
Deū querere est nosipsos inuestigare. ⁊ ad nos inuētos redire.
Quid aliud putas ꝙ̄ deum inuenire. Rursum q̄ seipsum inuen-
tum non perdit profecto deum non inuenit. Ait enim. Vbi ego
sum illic ⁊ minister meꝰ erit. Et ip̄e deus est in corde sacerdotis
per internam illuminationē. Et quare ibi non est minister eius
scꝫ sacerdos per eius illuminationis susceptionem. ideo nō est
ibi. quia nondum se perdit exterius vt se inueniret interius.
Vocat xp̄us interius sacerdotez vt attendat strepit foras pres-
byter ne attēdere valeat. Quomō vocat xp̄s. Vsqꝫquo piger
dormis. nescis ꝙ adest hora ratiōis vt requirā a te quomō mer-
cedē tibi traditū dispensasti. putas modicū rationem reddere
inuēti tam magni thesauri quem negociare angelis nō tradidi
⁊ in hac parte digniorē illis te feci. Ecce vocat dominꝰ ⁊ absens
est vt respōdeat sacerdos: quo frater dilecte transiuit. ad secu-
laria negocia iuit. Et si aliquādo p̄sens est vocante dn̄o. obdu-
rat aures suas ne audiat. quid loquat̄ dominꝰ Quare obsecro
spernis vocem salubrē. Ecce minatur dominus tacenti pericu-
lum et non audit vt fugiat ipsum. Cito inquit veniam ⁊ mo-
nebo causam. delabrū tuuz de loco suo. Et quare hec facies dn̄e
quia nō audiuit vocē qua clamaui ad eum. Pulsa domine hiesu
vt audiat. Noli pater misericordie corripere nos in furore tuo:
sed excita dulciter vt sermones tuos accedamꝰ. Sed quandoqꝫ

sacerdos deuotionem habuerit per talem vel consimilem mo-
dum cogitet ꝛc.

Item oratio multum deuota ante missam.

Ecce benignissime domine iesu christe fili dei viui: ego indignus peccator memor tã inestimabilis bonitatis tue quam humano generi exhibuisti. quãdo nascens ex maria virgine homo fieri voluisti. Exemplo sanctissime conuersationis tue ꝛ verbo predicationis viam eterne salutis nos docuisti. Innumeros dolores ac labores ꝛ iniurias pro nobis pertulisti. multa dura etiã indigna passus ac crucifixus ꝛ mortuus es ꝓpter nos vt ab eterna morte redimeres nos. insuper vulneratus lancea militis tuũ preciosum sanguinem copiose in remissionẽ ꝛ ablutionẽ peccatorũ nostrorũ de tuo piissimo latere effudisti. Qui etiam ad perpetuã tãte charitatis memoriam in cena tua vltima transiturus de hoc mundo ad patrẽ: venerabile et salutiferum tui corporis sacramentum instituisti. ꝛ in eodẽ sacramento teipsum cibũ ꝛ potum salutarem animarũ nostrarum nobis preparasti. ꝛ sumendum imperasti dicẽs. Accipite ꝛ comedite ex hoc omnes. Qui etiam ad ipsum venerandũ sacramentum ꝑ famulos tuos presbyteros in altari quottidie cõficit et in eodem sacramento tuipse per mysterium pro nobis iterũ pati ꝛ manibus eorũdem presbyterorum per singulos dies pro salute nostra in tui memoriam offerri voluisti. Tante ergo dilectionis tue memor: intendo facere quod tu domine fecisti tũc et a nobis famulis tuis presbyteris fieri precipisti ꝛ qꝫ ecclesia tua sancta te auctore fieri instituit. volens scilicet te coopante cõsecrare seu cõficere corpus ꝛ sanguinẽ tuum suo loco ꝛ tempore Canonis misse nostre. ꝛ offerre te dominũ deum saluatorẽ meũ. cum apertis defluentibus vulneribus tuis deo patri tuo. tibiqꝫ ꝛ spirituisancto. in memoriã piissime matris tue. immo omniũ amarissimorum dolorum tuorũ corporalium ꝛ spiritualium quos pro nobis miseris redimẽdis. informandis. ꝛ inflammandis ab instanti conceptionis tue in vtero virginis matris tue vsqꝫ ad mortẽ crucis. magnis ardoribus amore nostro crebrius instituisti. In memoriam insuper gloriose resurrectionis tue. ꝛ ad mirabilis ascensionis. ad gloriam et honorem summe trinitatis. ad venerationem ꝛ congratulationẽ benedicte ma-

tris tue totius celestis curie. pro gratiarũactione omnium beneficiorum tuorum. pro contritione. penitentia et satisfactiõe omnium peccatorum ab origine mundi commissorũ. et pro pace et salute ecclesie tue sancte militantis viuentium et defunctorũ Accedo ergo licet vere indignus ad altare tuũ sanctũ domine vbi etiam te miserante recipere cupio te dominum deum et saluatorem meum in tui memoriam et infirme anime mee medicinam qui es predulcissimus cibus et potus dulcissimus sanctissimi. et matris tue sanctorum quoque angelorum tuorum ac omnium beatorum. Sed confiteor tibi domine hiesu christe et benedicte matri tue semper virgini Marie. sancto angelo meo ac omnibus supernorũ spirituum ordinibus. sancto iohanni baptiste. sanctis apostolis. euangelistis. martyribus. confessoribus virginibus. ac omnibus sanctis tuis. quod nequaquam dignus heu nequaquam paratus sum suscipere te agnum dei immaculatum. in tam immundum et impreparatũ cordis et corporis mei hospitium. propter innumerabilia peccata mea quibus te dominũ meum a puericia mea vsque nunc ad iracundiam prouocaui. et meam conscientiam pollui et grauaui. Peccaui heu contra mandata tua. multipliciter ea transgrediẽdo. Peccaui heu contra sacramenta ecclesie multipliciter ea indigne sumendo. tractando et ministrando et contra omnia iura et maiora meorum instituta varijs modis agendo. peccaui heu multipliciter contra professionem et ordinem meum. Et contra vota monastica. corde. ore. opere. et omissione. Confiteor tibi domine quod interiora mea et exteriora a planta pedum meorum vsque ad verticem capitis mei varijs iniquitatibus et peccatis multipliciter inquinata sũt et respersa. Adhuc confiteor tibi domine et grauiter me coram te accuso quod de vniuersis et singulis peccatis a me et occasione mei commissis et de omnibus bonis a me et occasione mei obmissis contra te contra proximos. contra ordinem meum et contra meipsum non sum ita cordialiter contritus neque tam plene et distincte confessus. neque per condignam penitentiam emendatus. sicut mihi expediret ad salutem et tibi congrueret ad honorem. Sed indulgentissime domine qui venisti populum tuũ saluum facere a peccatis eorum. cui proprium est misereri semper et parcere. Qui dixisti ore tuo benedicto. Petite et accipietis. qui misertus es dauid prophete adulterãtis et occidentis. Qui misertus es petro apostoli te negantis et amare flentis. Qui misertus es marie magdalene tuos benedictos pedes suis lachrymis rigantis. qui misertus es latronis sero penitentis.

Qui mulierem in adulterio deprehensam condemnare noluisti. Qui innu̅eris peccatoribus te humiliter inuocātib' peccatorū veniā prestitisti. Te domine cōtrito ꝛ humili corde rogo vt me tam indignum peccatorem nō spernas ꝓpter innumerositatē et magnitudinē peccatorū meorū. sed propter infinitū meritū totius crucifixe vite tue. ac ꝓpter merita ꝛ preces bn̄dicte matris tue et omnium sanctorum omnia peccata mea quibus irā ꝓmerui mihi misericorditer dimitte ꝛ fac me tuum sacramentum tam deuote tractare ꝛ sumere vt consequi merear virtutē declinandi a peccatis gratiam sectandi quod rectum est in ꝯspectu tuo. Pacem veram ꝛ finem bonū ꝛ iugiter tue protectiōis consiliū ꝛ auxiliū. ꝛ post hanc vitam miseram fac me participē tue redemptiōis. Insuper misericorditer respicere digneris illos ꝛ illas ꝓ q̄bus te specialiter offerre propono: vt bonos cōfirmes. malos ab errore reuoces. afflictos cōsoleris. temptatos eripias. discordes in bono concordes. purgandos a purgatorio liberes. ꝛ omnes fideles adhuc viuentes in viam salutis eterne dirigas. ac omnibus fidelibus defunctis pro quibus orari velis requiem et lucem perpetuam tribuas Qui viuis ꝛc̄.

Meditatio deuota post missam aut ante missam.

Omnipotens ꝛ misericordissime deus qui me plasmasti cum non essem ꝛ de casu primorum parentū ꝑ mortem tuam innocentem reformasti. qui me peccatorem ad tantum dignitatis officium elegisti. Quid tibi respondebo si tanta attrocitate repetere vis ministerium mihi commissuꝫ de tua benignissima largitate. verum est vt ipse confiteor quoniam in vanitate positus sum sepe legem tuam et mandata tua derelinquens propter quod non sum dignus tractare sacratissimū corpus et sanguinem tuum. et quis auderet te attigere nisi mors tua sanctissima ꝛ innocentia tua purissima satisfaceret pro peccatis. et meritum tuum preciosissimum staret pro delictis. ego vtiq̄ peccator. tu innocens ego negligēs. tu complens. ego fragilis. tu summa fortitudo. ego deformatus tu inestimabilis pulcritudo. ego morti propinquus. tu vero solus es eternus. in me innumerabilis macula. in te puritas impermixta. Domīe gratiose cui ꝯsunt hee que in te inueniūtur medicine. nunquid angelis bene valentibus opus est medicus. nō vtiq̄ sed male habenti peccatori. Sana me ergo medicorum optime in omnibus sensibus meis vt tuis subsidijs ad gloriaꝫ laudis tue flectamur

Vlte ſancte meditationes poſſunt fieri poſt ſumptionē talis ſacramenti. vt meditando quaſi etiā chriſtus viſibiliter ꝛ corporaliter ante eum perpenderet. cogitet de celeſti gaudio. de penis inferni. de extremo iudicio. ꝛ ſic de ſingulis. Per tales ſanctas meditatiōes poſſet hō promereri graciā dei ꝛ peruenire in noticiam veritatis. Jnuocemus ergo ſpiritum ſanctū abſq cuius conſilio ꝛ auxilio nihil ineſſe conſurgit nihil in vita perſiſtit. Sine cuius auxilio nemo quicq̄ ſaluti cōgruū ꝯpilauit. quatinus nos ſua grā illuminare dignet̄. Amen.

Jmpreſſum Liptzk p Melchiorem Lotter. Anno domini Milleſimoquadringenteſimo Nonogeſimonono Et ſexto Nouēbris kalendas finitū.

Jodanum ferrati . opportunum

53